

Reuerende plurimum et excellentissime vir,

Auspicia temporis, quod orbis colit per omnia vana,
 Tibi quam felicissima precor. Bravere nisi fallor, superiore
astate venit ad nos, ex urbe et gymnasio Birmanis, Statimque
versatus est mecum: inde hominis in doctem, candorem &
industriam satis persperi. Si omnes parem insistere vram,
haud dubie non parum auferent gaudia parentum: quae
in tuis principia sunt. Historiam patriae tradidit, secutus in
compendio Pufendorfium: quibus recitationibus interest per
singulas horas. Alio tempore librum notitiam declaro, ubi
eundem se praestit. In publicis assiduum quoque deprehendo.
Qui autem tempus ita collocat, de illo bene spero. Plures
in domum veniunt, sine ordine in Audiis, sine ratione impensarum.
 Haec et causa est, quod saepius conitentur, inertes, otiosi, et licentia
 academica patroni. Tales sunt vomica ac pestis literarii coetus,
 qui nec proficiunt in schola, nec profuturi sunt ecclesiae neque
 publicae. Aliquoties huc usque musas turbaverunt mansuetiores,
 nec sine opprobrio nostro apud externos. Non video, quomodo
 sufficiant remedia, ac sufficere possint, quia morbus continetur
 a magistratu. Vix credas, quanta sint mala nostra. Haec fiunt
 ac tolerantur in ciuibz: non tango ulcera, et mores eorum,
 qui exempla debebant praebere aliis. In aulis quoque negligi-
 mur, ut sic omnia conspirare videantur ad excidium fatale.

in universis in universis in universis

Baiem nondum successor datus est, ex artibus Gulli nostri, qui nec parem ^{multo} minus superiorem ferre potest. In collegio philosophico desideratur magister, qui disciplinas explicet, maxime necessarias progrediuntur ad altiora. Nemo impedit nos magis hoc in re, quam Gullus. Hic ante paucos annos videbatur a plerisque in logicis partibus ac metaphysicis: quia non tam praecepta illustrabat, quam exempla subiciebat, ut plausum moveret, atque cachinnum impenturum. Musae quidem successit, ac Baiem palmam facere dubiam ausus est, sed sicut Fructus Achilli. Voleo quoties recorder horum malorum: quae prius non cessabant, quam discescent Gullus, homo noxius, et melioribus infestus. Hic idem traduxit me in aulis, quasi cum pontificis consentirem: quo nihil sceleratius excogitari poterat. Beatus longe vobiscum agitur, qui praefides veneramini musarum, praedentes, moderator, ac de communi egregio merentes optime. Gratulor patriae hoc nomine, gratulor et gymnasio patrio, cuius ordinatio TRAE fidei, sextentatque commissa est. In hoc negotio requiruntur a doctis, ut sint bonis moribus praediti, ut sint instructi bonis artibus, quas tradere volunt aliis, ut ex quadam oxyphalassae significent ingenia, inque viam reducant. Ex parte discipulorum non nisi obsequii gloria superest. Horneii consilium de scholis, et mandata Emerici Saponiae Ducis, huc pertinent. Illud sine dubio iam vidisti: huc si quadant submittam. In modo docendi Boetii et Obrechtii libelli semper placuisse. Verum alio die plura. Vale et ama
Glorium reverendi nominis tui

Dn. parenti, Dn. Grassio, et ignoto
mihi, Dn. Ingelstettero, de cuius tamen
favore me confirmant, ex vobis vestra huc
delati, salutem et omne bonum precor.
Bracrum vel propter te magis in oculis
habebo, et ad optima quaque stimulo.

Studiofissimum

P. Schubarthum.
Iena d. VII Ian. 1698.

Reverendo plurimum et excellen-
tissimo D. N. IO. CONRADO FEVER-
LINO, Theologo apud Norbergenſes
clarissimo, ad D. Egidiū Bathori, et
Gymnafii Inſpectori meritiſſimo
Domino et Patrono clarissimo,

Norbergam